

CAPUT III.

De Causis.

Respondens lib. 3. Phys. e Arist.

Propositiones hujus Capitis sunt partim definitiones, partim Axiomata; utraq; per se nata, aut certè non è Physica sed è Metaphysica demonstranda.

Malui itaq; propositiones (generaliter accepto vocabulo) quam vel definitiones vel Theoremat a vel Axiomata dicere.

Appositio I. Physicus debet etiam de causis agere, quia scire est rem per causam cognoscere.

II. Est autem causa id per quod respondetur ad quæstionem *διὰ τί* propter quid aliquid sit. T. 28. seu; causa Naturalis est principium propter quod est Corpus Naturale cum suis affectionibus.

Putant nonnulli particulam PROPTER QVID pertinere ad solum finem, sed non certè putant. Aliud enim est διὰ τί & aliud & évena vel tíros évena. Hoc ad finem, illud ad